



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 32. Pontificis ingressus solemnis in urbem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** **A. C. 1411.** citoritate. Ceteræ status Ecclesiastici ditiones Cardinalis Ottonis de Columna regimini concreditæ fuerunt; Hic ipse fuit dein in Concilio Constantiensi Papa renuntiatus sub nomine Martini V.

§. XXXII.

*Pontificis ingressus solemnis in Urbem.*

**Bzou.v.3.** **Antonin.** **part.3.tit.22** **c.6.** **Omnibus** his provide dispositis Papa Romam iter instituit, comitantibus Lædovico Andegavensi, cunctis Cardinalibus, omnibusque primariis belli Duci- bus. Urbem ingreditur die decima ter- tia Aprilis cum ingenti pompa, populo ac Clero Romano ubique festive accla- mantibus, utpote qui post perpeccam La- dislai tyrannidem ardentissimis votis sumnum Pontificem intra urbis suæ mæ- nia recipere desiderabant. Hic in Eccle- sia Vaticana S. Petri Pontificalibus orna- tus Sacrum celebrat, & vigesima tertia ejusdem Mensis die Divo Georgio sacra in eadem Basilica Vexillum majus Eccle- siæ solemni ritu consecrat, quo Ludovi- ci Andegavensis manibus tradito illum supremum exercitus Imperatorem & pri- marium Ecclesiæ Vexilliferum declarat, demum Senatus, populique Romani ve- xillum Paulo Ursino, qui Ecclesiastico ex- ercitui

erictui sub Ludovico praeerat, consignat. *Sæcul. XV.*  
 Peractis omnibus his Ludovicus Ande- *A.C. 1411.*  
 gavensis cum Paulo Ursino die vigesima  
 octava Aprilis ad exercitum pergit, acce- *Niem. labyr.*  
 pta prius Benedictione Papali, quam *tract. VI.*  
*c. II.*  
 Joannes omnibus pariter impertiebatur  
 copiis; quibus, cum Legatum Apostoli-  
 cum adjungere peroptaret, Petrum Han-  
 nibaldum de Stephanescis patria Roma-  
 num, S. Angeli Cardinalem ab Innocen-  
 tio VII creatum Legationis hujus hono-  
 re decoravit, eique amplissimam adjecit  
 potestatem.

### §. XXXIII.

#### *Pontificis & Ludovici copiæ in aciem eductæ.*

Recensebat totus exercitus facile duo- *Niem. vit.*  
 decim equitum millia, plurimosque *Joan.*  
 peditum legiones numero & animo præ- *XXIII.*  
 stantissimas, quibus imperabant Duces *lib. 13. c. 22.*  
 æque militari virtute, ac belli experien- *Summent.*  
 tia longe clarissimi. Inter Italos emi- *l. 6.*  
 nuere Paulus ab Ursinis; Jacobus Sfor-  
 tia exercitus Florentini Præfectus sua  
 ætate animi magnitudine & longa in  
 armis exercitatione omnium facile prin-  
 ceps; Braccius de Montone; Gentilis  
 de Monterano; Comes de Tagliacozza,  
 omnesque illustris domus Sanseverianæ

T 5

Prin-